



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Quaestio 17 [i. e. 37]. De h[a]ereticis in iure ciuili no[m]i[n]atis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

Iianus, à quo Priscillianista, Lucifer Sardinia episcop. à quo Luciferianus Iouinianus Monachus, à quo Iouinianista, Heluidius, à quo Heluidiani, Paternus, à quo Paterniani. Arabici, quia de Arabia. Terullian. Africanus presb. à quo Terullianista, Tescarensis decanus. Nyctages. Pelagius monachus, à quo Pelagiani. Nestorius Constantinopolit. Episc. à quo Nestoriani. Sabbatius. Celestius. Eustathius. Julianus Celanensis. Celestinus. Maximinus. Maximus. Unicus. Lampertius. Eutyches. Petrus. Acacius. Eutyches Constantopolitanus Abbas, à quo Eutychiani. Acephali, Theodosius Alexandriae episcop. à quo Theodosiani. Gaius Alexandriae episcopus, à quo Gaiani. Agnoita. Tritheite.

A Ad hanc respondemus, q. c. de hæret. leg. Ariani. enumeratur quā plures hæretici de illis, qui eis enumeratur 24. q. 3. c. Quidam aut hæretici, de quibus est actum sive præq. proxima. Enumerantur et ibi alii, de quibus non agitur in Decretis, nec Decretalibus, nec extraagantibus, & sunt illi. Pneumatomachi: b Papianista: c Papuzi: d Borborite: e Messaliani: f Luchyta, sive Euthoniasaste: Audiani: g Hydroparastate: h Tascodogiti: i Batrachite: k Marcelliani: l Encratisti: m Apotacita: n Saccophori: o

## COMMENT. LXII.

B Hec questio de omnibus exemplarib. erat omnino mendosa, et depravata, recitatans, in ea quedam nominis portenta nihil penitus significatio quam inspecto Eym. instituto restitutus ex l. Ariani. c. de hæret. cum. n. Eym. videret quodam in d. l. Ariani, numerari hæreticos, qui in iure canon. non recententur, ut omnino notitia habetur eos, qui institutum tantum recensere ex iure can. in quorum mentio non videbatur facta in iure canon. in nos eos tantum feligimus, qui Pontificio iure non continentur: atque ita institutum auctoris respondet, questionem sui restitutum integrat.

C Monenti tamen sumus hæreticos, qui bac quod numerantur in iure canonico recenseri nominibus diversis, tamē si respici conueniant; ut sequentes demonstrabim. a. Et numerantur etiā ibi ali de quibus non agitur in Decretis, &c. Non agitur sub eiusdem nominibus, & appellacionibus hæretes temen ibi numerantur, nam idem hæretici, aut ob alias hæretes, aut ob alias euidas diuersas appellaciones sunt sortiti.

b. Et sunt isti Pneumatomachi. Ita vocat Epiphanius heresi 74. ubi contra hos grauiter more suos differit, & ita recte graeco vocabulo appellantur, non Pneumachomaci, aut Pneumatomachi, ut apud Lutzeburg. in catalogo heret. ita vero dicti sunt quod Spiritui sancti aduerseruntur, seu pergit quodammodo contra Spiritum sanctum, dum ipsi negant esse Deum. hi non differunt a Macedonianis, quos damnat Synodus Constantinae, ut dicit supra par. 1 super cap. Sancta Romana. unde Ioan. Damascen. Pneumatomachi, inquit, id est cum Spiritu bellantes, aut spiritus hostes, a Macedonio Spiritu nomine sunt. Spiritum autem sanctum ab eis contumelij affici, quem Deum esse negant. Epiphanius precitato loco docet his verbis: In spiritum sanctum omnes hi blasphemari sunt: non cōnumerant ipsum Patri, & Filio in deitate, hoc Epiphanius.

c. Papianista. Sunt qui putent nichil esse Papianistas a Papio Hippolito Episcopo Iohann. Eusebius & auditor, & Polycarpus condiscipulo, de quo multa Eusebius lib. 3. c. vlt. histor. Eccles. hunc Alfonso Castrus lib. 1. aduersus hæretes erroris non nuntiasset indicat, a quo non multum dissentit Ioannes Picus in A pologia sua, q. 7.

Hæretici, qui hinc sunt secuti: Chilias, dicti sunt, eos, q. post mille annos Christum in terris, in carne

## Hæretici in Decretalibus condénavti.

a. Ex Decretalibus vero extra de hæret. c. Excommunicamus. b. habentur isti: Cathari, Patafari, pauperes de Lugduno: Passagini: Tolopeini: Arnaldi: Spertonisti.

## De Hæreticis per Extraagantes condemnati.

3. Extraagantibus autem nullus habetur ex nomine nisi in extraagante domini Iohannis xxij. Quia vir reprobis. ubi damnatur, ac frequenter hæret. ibi nominatur fr. Michael de Cesena predicatoris ordinis fratrum Minorum quondam Generalis Minister, sed postmodum propter hæsim depositus, & condemnatus.

## C O M M E N T . L X I I .

D Hæretici per ecclesiam condemnati, de quibus agitur in iure canonico. De argumento siue materia huius questionis copiose differuit Eym. meritis supra in hac eadem parte, q. 6. 7. & 8. quibus locis diximus, que band questionem illi solubiliter. Et rursus de Michael de Cesena, cuius memori auetor in fine huius ques. num. 3. egimus copiose in hac 2a parte, super q. 15.

E iam hæc questione in omnibus Directorij codicib.

eras depravata, quia tamen sua integratari restitui mus iuxta emendationem iuris canonici super Regiae impressi.

Cum vero auctor hic agit de hæret. damnatis in

oto iure canon. intellige de damnatis nominatis,

& expresse sub propriis nominib. ut patet: non aut

de damnatis in genere, de quib. agitur in multis locis

iuris canonici: sed præcipue in c. excommunicamus

. & 2. & in cap. Ad abolendum, extra de hæret.

## Q V A B S T . XXXVI.

## De hæretic. in iure ciuili nominatis.

Rigosi maleptima questio est: Hæretici

condemnati per ecclesiam, de quibus

agit in iure ciuili, qui sunt?

X

cum electis regnaturam Iudaicè arbitrarentur; ut referunt B. Hieronymus, & Trithemius.

Lutzenburgus in catalogo hereticorum, verbo, Papianiste, aut hos esse de sc̄cta Manicheorum ponentium duo contraria principia.

d. Pepuzite. ] Eosdem vocat Pepuzianos August.

heresi 28. & Epiphanius heresi 49. hos Nicephorus lib. 12. c. 2. cum Montanistis, & Phrygibus coniungit. Epiphanius cum alijs, nam heresi 49. ita scribit: Quintianus, qui & Pepuziani appellantur, Artothyti que, ac Priscilliani, ijdem sunt cum Phrygibus, & ex ipsis originem duxerunt. hec illi. Pepuzitis Pepuzia cinitas, seu villa nomine dedit, in qua Montanus, & Prisca, & Maximilla, a quibus hec duxerant originem, vixerunt. apud hos feminine dignitate sacerdotali honorabantur.

Horum alias nefandas, & sordidas opiniones refert Epiphanius præcitate loco, & Petrus Godofredus in l. & Ariani. C. de heretibz his consenserunt illi heretici qui pro vino, lac in cibis consecrabat quos Iulius Primus in epist. Aegypti missi, graui er confutavit.

e. Borborite. Hos Borborianos appellat Epiphanius heresi 26. quorums, & alia ibi refert portentosam nominanam idem Gnostici dicuntur, & Coddianis, & Stratotici, & Phionionites, & Zachei, & Barbelites, hos Borboritas partem esse Manicheici favoris testatur Imperator in l. quoniam. C. de heresi. ibi: Exceptus scilicet his, quos, vel Manicheatus furor, cuius partem, & Borboritas esse manifestū est. de his plura Epiphanius præcitate loco, & alijs, quos omittit confidit.

f. Messaliani. Messaliani, siue Massaliani, Euhytæ, siue Enthousiastes, idem sunt, ut colligitur ex concilio primo Constantinopolitanico, cuius canones habet in primo conciliorum tomo, pag. 620. ubi damnati sunt, de quibus ita ibi: Venientes ad nos sapientissimi, & religiosissimi Episc. Valerianus, & Amphilochius priuocerunt in cōmuni considerandum de Messalianis, hoc est, Euhytis, vel Enthousiastis, qui in Paphlalia verantur, vel quoconque nomine contaminatissima heresis vocatur. h̄e ibi B. Augustinus in catalogo heretorum, heresi 57. Messalianos vocat Psallianos, siue Euhytas, Euhytæ aut, seu Enthousiastæ & dicti sunt ab orando, & sacrificando, ut præcitat scribunt: horum enim præcipua heresis fuit semper ab ille villa intermissione orandum esse, & ad omnia sufficere rationem. de his multa etiam Nicephori lib. 1. c. 14. & Cassiod. in tripar. hist. lib. 7. c. 11. & Theodorus lib. 4. cap. 10. hist. Eccles. De his nefanda etiam multa commemorat Michael Psellus in libro de demonibus, quem refert Petrus Godofredus in l. & Ariani. C. de heretic. ea nos breuitatis gratia omissimus.

g. Audiani. ] Hos Epiphan. heresi 70. Audianos, siue Oidianos vocat, & B. Augustinus in catalogo ipso, num. 50. Vadianos, siue Antropomorpha. hi ab Audio quodam, qui fuit temporib. Ariani, duxerunt originem. s. Audini, siue Audeus, satine intelligens illud, quod scriptum est: Faciamus heminem ad imaginem, & similitudinem ncltrar: humanam formam putauit babere diuinatatem, &

A corporis partibus esse distincte, non respiciens diuinæ scriptura sensum. qui ita putabant inter illos, proprie Anthropomorphite vocati sunt: eorundem aliis errore erat dñare facile Episcopos quod essent diuites, & alijs de causis. De his multa quoque Ni cephorus lib. 1. hist. Eccles. c. 14. et lib. 13. ca. 10. & Theodorus lib. 4. c. 9.

h. Hydroparastate. ] Alijs Hydroparastæ, hos Hydropara-

ex ipso nomine conjicere licet eos fuisse, quos Aquarios appellat Isidorus, & Cratianus, 2. 4. q. 3. c. quidam autem quia solam aquam offerrent in calice sacramentum, apud Epiphanius heresi 46. illi qui à Tatiano orti vinum reprobabant, Tatiani dicti sunt, sed Theodorus lib. 1. hereticarū fabularum, Hydroparastatas vocat, qui Encratitus adnumeratur.

i. Alacdrogitæ. ] Constitutione 2. novellarum le-

Tascodrogis, Tascodrogis, seu Alacdrogi-

ta. Ex ipso nomine coniuncte licet eos fuisse, quos Aquarios appellat Isidorus, & Cratianus, 2. 4. q. 3. c. quidam autem quia solam aquam offerrent in calice sacramentum, apud Epiphanius heresi 46. illi qui à Tatiano orti vinum reprobabant, Tatiani dicti sunt, sed Theodorus lib. 1. hereticarū fabularum, Hydroparastatas vocat, qui Encratitus adnumeratur.

j. Aquarij. Augustin. in lib. de heret. c. 64.

k. Batrachite. ] Alijs Beachite, ut habet Alfon-

sus Calixtus lib. 2. aduersus heres; ad Manichæos

pertinent nimium notos, ut ait Lutzenburgus in ca-

talogo hereticorum verbo, Beachite. ] In his non fa-

cile per ipsas originem, aut appellationis rationem:

sunt enim uti existimo vulgares, & barbaræ vo-

ces eo seculo note.

l. Marcellianus. ] Marcellianus, ut scribit Epiphan.

heresi 72. a Marcellio quodam ex Aneyra Galatæ vrbe originem trahente, appellati sunt: hic Marcellus in principi, cum Sabellio sentire dissimilatus est: sed sapientius est se tutari: at a multis accusatus est quod in eiusdem persecutare, fortassis ductus penitentia se aliquo do corruxi: nam pro ipso orthodoxi quidam defensiones ediderunt. ceterum Imperator in d. Ariani, quam nunc interpretamur inter hereticos ponit Marcellianos. non desunt, qui putent Marcellianos dictos à Marcellina quadam sociâ se- & Carpocratîs, que colebat imagines quidem Je- sus, & Pauli, aucte Homeris poetæ simul, & Pythagore adorando, incensumque ponendo, ut B. Augu- stinus scriptit, iuris de Marcellio vide Nicipho, lib. 8. c. 53. hist. Eccles.

m. Encratita. ] Hos B. Epiphanius heresi 46. & Encratista.

47. & diuinus Augustinus, tom. 6. lib. de heresibus,

c. 25. Encratitas vocant alijs engratitas, siue En-

gratistas appellant. idem dicuntur Tatiani à Ta-

tiano quodam, a quo sunt instituti. hi nuptias dam-

nant, atq; omnino pares eas faciunt seorsim in unctionibus,

& certique turpibus fornicationibus; omnem anima-

torum esum evitant. Epiphanius Tatianos, & En-

cratitas ita discernit, ut Encratitas Tatiani schismati-

cicos dicat. Damascenus vero Encratitas qua-

dam Tatiani reliquias esse dicit.

n. Apotacite. ] In multis Codicibus loco huius Apotacite

vocis Apotacite, legitur Carpocratæ, sed nos co-

sulto Carpocratitarum vocem omisimus, ut insti-

tuto Eymericus deserviremus, qui eos hic hereticos

instituit numerare quos in iure canonico non inuenierat enumeratos. constat autem Carpoeraticas. sive Carpoerianos nominatos esse in iure canonico, ea. quidam autem. 24. q. 3. Eymeric. supra par. 2. q. 6. Apotacitas B. & Augustinus heresi 40. Apostolicos, & Apotacitas appellat; Epiphanius vero her. 61. Apostolicos, seu Apotacitos. eosdem Damascenus vocat Apotacitos, id est, secretos, vel selectos; hi enim Apotacitos tantum, hoc est, secretos ab aliis recipiebant, rite coningibit detestabantur, & eos reprehendebant, qui res proprias possident. idem ad Enarratas accedunt; quamvis alii etiam prater eos sentiunt, & docent.

**Saccophori.** o Saccophori. ] Hoc solum loco memini me legisse Saccophoros, nulli enim veterum, quos ego videbam, aliquorum haeticorum meminere sub hac nomine. quidam textus habent, Sacrophorus. Bernardus Lutzenburgus, & ipse hunc locum citans in catalogo haeticorum Saccopharos, ac ut in alijs eius libris est videre, Saccophatos, appellat, ac de perfidia Manicheorum esse dicit. itaque cum sint tot letationes, nihil certi statu potest, & fortius est absurdior, prius est, cum huiusmodi appellationes sepe vulgares sint, & barbarae. Petrus Godofredus in L. Arriani. C. de heret. postquam haereticos, ad diu fortassis legendum. Siphori, qui leguntur in definitionibus Ecclesiasticorum dogmatum, cap. 52. & dicuntur tingi non in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti; & idem esse Conosiani noti. Hac haereticus ideo paulo diligentius referre placuit, ut hi haereticos, qui ignobiliores sunt, & minus cogniti saltem ex nomine innoscerent.

## Q V A E S T I O X X X V I I I .

## De Haeticis in Rom. curia, &amp; extra damnatis à Delegatis Papæ.

**T**rigesima octava quæstio est: Haeretici condemnati per delegatos domini nostri Papæ, sive in curia Romana, siue extra, magis famosi, qui sunt? Ad hanc respondemus, quod tempore domini Clementis vi. per dominum Cardinalem Albus, delegatum in negotijs fidei, fuerunt condinati tamquam haeretici pertinaces in Auinione, vbi tunc Romana curia residebat, ac etiam concremati, duo fratres Minores: quorum unus vocabatur frater Petrus Castilianus, & alter frater Nicho.

Post tempore domini Papæ Innoc. vi. fuerunt cōdemnati per eundem dominum Cardinalem Albus, alij duo fratres minores ibidem Auinione tamquam haeretici pertinaces, & etiam concremati, traditi curiae laculari: quorum unus vocabatur frater Mauritus, & alter frater Ioannes de Narbona.

Post tempore Urbani Papæ v. fuerint etiam novem fratres de ordine Beati Francisci, (quorum quidam fuerunt fratres Minores, quidam Fratelli de territo ordine in Viterbio, vbi tunc Rom. curia residebat) tamquam pertinaces haeretici con-

A demnati, & arsi, traditi brachio laculari, quorum nomina in processibus continentur.

Extra autem Romanam curiam, fuerunt quam plures alij nostris temporibus condinati tamquam haeretici pertinaces. Nam tempore domini Pape Bonifacij viii. fuit per Episcopum Parmentem, & per fratrem Manfredum Inquisitorem, de ordine Prædicatorum Geraldus Segarellus tamquam famosus haereticus condemnatus, & crematus in ciuitate Parmenti in Italia.

B Et post tempore domini Clementis Pape v. Dulcinus Nouariensis famosus hereticus in eisdem partibus, ut pertinax haereticus condemnatus patitur, et combustus cum Margarita consorte sua.

C Post tempore predicti domini Ioan. xxij. in Marsilia per Episcopum, & Inquisitorem de ordine fratrum Minorum, fuerunt condinati, & cremati tamquam haeretici pertinaces quatuor fratres Minorum, quorum nomina memoria non habentur, sed inde factis processibus continentur.

D Post quodcum combustionem quamplures legiones fuerunt, ut haeretici condemnati in Lucca, in Narbona, in Capite stagni, Bitteris, & diversis alijs partibus. Provincia Narbone, quæ auctoritate predicatorum quatuor fratres Min. combusti, martyres Christi, credentes erroribus corudem.

E Tempore domini Clem. vi. in ciuitate Biterni de mandato eiusdem fuit exhumatus Fr. Petrus Ioan. de ord. fratrum Minorum, & post mortem haereticus cōdemnatus, & ossa eius trajecta, & combus- tis, de quibus omnibus dictum est supra.

F In Catalonia et fuerunt concremati, ut haeretici Beguardi aliqui, scilicet Durandus de Baldacho, Gerundi, & Petrus Olerii Maioricen, Bonnatus Barchin, Guliernus Gilberti, Valentinus, & frater Arnald. Montanerij de ord. fratrum Minorum, de villa Podij Ceritani: hic non fuit combustus, sed in absentia pertinax haereticus condensatus, de quibus omnibus dictum est supra.

G Multi alij sunt haeretici in diversis mundi partibus, & praesertim in Carcassona, & Tholosa, & Sede Virgelli, ac comitatus Castri boni, finibus condemnati: quorum nomina memoria non habentur, licet in processibus reperiantur, que discutere esset longum.

## C O M M E N T . L X I I I .

H Haeretici condemnati per delegatos, &c. Historiam eorum, qui in hac questione commorantur, copiose explicavimus cum Eymeri. supra hac 2. par. q. 9. o. 11. & seq. ex quibus patet, quo quisque tempore ex his hereticis vixerit, quid se ferat, quatenus exitum haberetur: ac propterea ne eadem inutiliter hic repetantur, loca indicasse erit status, de eorum notitia habereri possit.

## Q V A E S T I O X X X I X .

## Qui dicendi sint Haeresiarchæ.

I Rigesima nona quæstio est: Haeresiarchæ, qui dicendi sunt?

J Ad hanc respondemus, quod secundum patriar-